



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

25. De miraculosa monasterij Tuitiensis ab eodem incendio protectione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

fic integrum & illaesum relatum est, vt tamen signum habeat non indecorum, videlicet lineam subrufam, cum sit ipsam, vt prius erat, totum candidum. Hoc nimirum melius placet, quam si nulla penitus incendij nota incesset, quia clarius ex hoc memoriale est, & inter omnem eiusmodi facram supellectilem agnoscisci debet.

*Rupertus Tuitiensis eodem libro cap. 4. de miraculosa Monasterij Tuitiensis ab eodem incendio protectione.*

## CAP. XXXV.

**C**VM solutis habenis totum, vt iam supra dictum est, castellum intus & exterius possideret incendium, me procul sedente inter intactas ab igne domos, ita tamen vt spectare possem illud triste spectaculum, scilicet vndantia cacumina flammaram, stetit in editiore tecto, qui diceret, ardere ipsam sancti Urbani basilicam, videlicet sitam ante valuas monasterij parochianam Ecclesiam. Actum putauit, & de liberatione ipsius monasterij penè desperauit, nisi quod in memetipso canebat spiritus meus, In ira misericordie memor eris. (*Abac. 3.*) Deinde post moram non modicam coepit illud quoque intra memetipsum canere, interior homo: Benedico te pater Domini mei Iesu Christi, quia per filium tuum ignis extinctus est à latere meo. Et ita factum erat. Venerunt quippe continuo, qui dicerent de-



8 COLLATION. SACRAR.

cidisse incendium, saluumq; & incolumer  
liquisse cum claustro monasterium, tantu  
autem conlaterales domos siue officinas co  
nes cum arcis in fauillam & cineres esse red  
ctas. Quis hæc sperare poterat? Quis nisi De  
hoc facere potuisset, cuius auxilium multu  
do populi ytriusque sexus ex vltiore Rhe  
littore prospectans, suppliciter & deuotissim  
inclamabat? Viderunt enim plerique illoru  
& hoc publicè fatentur, quia viderunt vnu  
speciosissimum super monasterij, culmen ab  
uo latere siue cubitu innixum, & subleuatu  
manu dextera impetum ignis abigentem, q  
iam turrin campanariam introrsum con  
puerat.

*Rupertus Tuiiensis eodem in libro cap. 4. & 5. p  
modo corpus Christi vna cum pixide lignea, in  
asseruabatur, incendio circumquaque senientis,  
tactum permanserit.*

CAP. XXVI.

**A**Vdito hoc bono nuncio reuertebar p  
noctem tristem die reddito, & ecce P  
chianus sacerdos Ecclesiæ, supra memorat  
nomine Stephanus diuulgabat, mihi ma  
mè denarrare properant, dulce & iucundum  
miraculum, signum valde bonum, magnu  
que & euidens vigilantis circa nos diuinæ pro  
piciationis indicium. Pixidem ligneam, &  
ea corpus Dominicum habuerat secus alt  
de more repositum, in fenestra siue absida